





*F. 44.*  
DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> JURIDICA INAUGURALIS,  
DE G. 35. num. 14.  
*17*  
**ACTIONE SPOLII,**  
*1740, 5.*  
QUAM  
DEO ADJUVANTE

*Y3*  
SUB AUSPICIIS CLEMENTISSIMIS  
RECTORIS  
PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DN. FRIDERICI,**  
HASSIÆLANDGRAVII, PRINCIPIS  
HERSFELDIÆ, COMITIS CATTIMELIBOCI,  
ET RELIQUA,

IN ACADEMIA MARBURGENSI  
**PRO GRADU DOCTORATUS**  
SUMMISQUE IN UTRIQUE JURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS RITE OBTINENDIS  
**MAGNIFICI ET AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS**  
**CONSENSU EXCELLENTISSIMORUM DN. PROCERUM**  
EXAMINI PUBLICO  
AD DIEM XIX. DECEMB. MDCCXL.  
SUBMITTET  
ERNEST. CAROLUS CHRIST. FISCHERUS,  
WEILBURGI NATUS.

MARBURGI CATTORUM,  
TYPIS PHIL. CASIM. MULLER, ACAD. TYPOGR.  
KÖNFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

DILEXIT AGNUS DEI PRO SEQUITRIBUS  
DEO ADIUVANTE  
**ACTIOINE SPOT**

2000 MULIERE CATHARINA TISSIMIS  
REGATORIS  
PRINCIPIS AC DOMINI  
**DN. ERICUS ERICII**  
HASSIET ANDRE GRAVII PRINCIPIS  
HERCULANEI COMITIS CATTINELBOCI  
ET HERLIGAN

IN ACADEMIA MARBURGENSI  
**PRO GRADU DOCTORALIS**  
SUMMATIONE IN UTROQUE IURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS RITE ORDINANDIS  
MACULATI ET AMPULLA TUTORUM DUC PROCESSIONEM  
CONSENSU ECOLE ET UNIVERSITATIS DUCENDA  
EX VOTO PATERIS  
AD DIUM XIX DECEMVRI MDCCXI  
SABMITTA  
CAROLUS CHRIS. HICHERUS  
WETTERERI NATVS  
TUTUS EST CASIMIR MULLER ACAD. TUTTER  
WAKAURAE CATHARINA

*SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
DOMINO  
CAROLO AUGUSTO,  
PRINCIPI NASSOVIAE, WEILBURGI  
ATQUE SARAPONTE, DYNASTÆ LAHRÆ,  
WISBADÆ ET IDSTEINII, ET RELIQUA.*

*PRINCIPI AC DOMINO  
CLEMENTISSIMO*

*Hancce qualemcumque meditationem inauguralem  
in submissi gratissimique animi nec non rever-  
tentie ac fidei sua monumentum pia mente  
dedicat atque offert*

*AUCTOR:*

SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO  
CTE DOMINO  
CAROLO AUGUSTO.  
PRINCIPI NASSOVAE WELBURGI  
ATIQUE SARAPONTE, DYNASTE TAHRE,  
WISBARDÆ ET DISTERNÆ, ET RETOLY.

PRINCIPI AC DOMINO  
CREMENISSIMO

Id morsumque adiuine pergitur, regis  
Ieiune SERENISSIMO MONUM. TIO  
magnitudinisq[ue] latitudinis acutus p[ro]digio  
intrae, q[ui]ntusq[ue] d[omi]nus oculis suis  
p[ro]cul. Declarat ut morsum oblatu[m] sita est eorum.  
In q[ui]cunx, & h[ab]entia, cumo seruita.  
Tuncq[ue]  
T[er]tio d[omi]ni, q[ui]t[er]nig[ue] docebat q[ui]cunx. Tuncq[ue]  
S[ecundu]m d[omi]ni, q[ui]t[er]nig[ue] docebat q[ui]cunx. H[oc]c  
q[ui]d[em] d[omi]ni, q[ui]t[er]nig[ue] docebat q[ui]cunx. Tuncq[ue]  
S[ecundu]m d[omi]ni, q[ui]t[er]nig[ue] docebat q[ui]cunx. Tuncq[ue]  
q[ui]d[em] d[omi]ni, q[ui]t[er]nig[ue] docebat q[ui]cunx. Tuncq[ue]

AUGUSTO.

**SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE  
CLEMENTISSIME.**

**D**iu multumque animo hæsitavi, dedica-  
remne SERENISSIMO NOMINI TUO,  
an potius mihi reservarem hancce meam  
qualemcumque inauguralem meditatio-  
nem. Deterruit me ipsius opusculi sane tenuissi-  
mi & exiguitas & humilitas, tanto SERENITA-  
TIS TUÆ splendore non satis digna. Tandem  
SERENISSIME PRINCEPS! insignis & universo  
orbi cognita TUA Clementia maxima quidem

):( 3    cum

DEDICATIO.

cum animi reverentia adeunda, quæ autem omnibus, in primis indigenis TUIS patet, expulit animi hæstantis dubia. Hac fretus, quæ pientissimus in TE animus secreto cogitavit, publice notum facere ausus sum, qui majore adhuc teneor obligatione, quam pater jam dum defunctus. Parenti enim meo, cum TUA insigni Clementia sæpiissime usus est, occasio quoque non defuit SERENISSIMUM NOME TUUM humillime venerandi, & submississimum obstrictissimumque animum publice testificandi: Nam per longum temporis spatium SERENISSIMÆ STIRPI NASSOICÆ & corporis & animi vires ad bustum usque totas immolavit. Me quidem fortuna Patri superstitem esse voluit, reverentia atque fide in TE SERENISSIME PRINCEPS parem, in hoc autem saltim parenti imparem filium, quia facultas mihi deest memoriam nunquam interituram Clementiæ TUÆ menti meæ devotissimæ infixæ humillime prodendi atque sæpius celebrandi. Ut enim reliqua taceam

Cle-

curia

e ) :

---

## DEDICATIO.

---

Clementiae TUÆ in me signa; Ipse cum sa-  
cro baptismatis fonte lavarer, Clementissime  
nomen mihi imposuisti. Quæ omnia tan-  
tam animi excitarunt devotionem atque re-  
verentiam, ut omnium ingratissimus merito  
essem censendus, nisi data hac occasione a-  
nimum tot Clementiæ TUÆ cumulis devin-  
ctissimum eundemque gratissimum & sub-  
missimum publice testarer. Sit igitur TIBI,  
SERENISSIME PRINCEPS DOMINE  
CLEMENTISSIME! qualiscunque mea in-  
auguralis Dissertatio sacra atque dedicata.  
Offero hocce munusculum atque consecro,  
non ut TUA SERENITATE illud dignum  
esse crederem; sed ut apud TE aliquod gra-  
tissimi atque devotissimi animi ac reveren-  
tiæ meæ monumentum exstarer publicum.  
Humillime autem precor, ut Clementissime  
accipias hocce opusculum licet sit levisimum.  
Et quia non ignoro, hoc nihil facere ad  
præstandum, quod exigit humillimum meum  
officium, Deum supplex yeneror, ut TE SE-

RENIS-

---

DEDICATIO.

---

RENISSIME PRINCEPS ad Nestorios usque annos salvum atque incolumem conservet. Ceterum unicum des mihi humiliume oro, ut si dignus fuero, Clementiam TUAM Clementissime digneris, qui ad extremum usque halitum sum perseveraturus

**SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE  
CLEMEN TISSIME**

**TUUS**

Humiliume ac subiectum, ut Clementissime  
accipitis poccet obsequientur precer in eternum.  
Et dies non habeo, neo hinc pacem ad  
Submissimus ac Devotissimus Servus  
ERNEST. CAROL. CHRIST. FISCHER,

WEILBURGI NATUS.

## PRÆFATIO.

### LECTOR PATRONE ET AMICE.

Uemadmodum ex Academia in Forum trans-  
eunti, Jurisprudentia sub alio plane habitu  
se conficiendam præbet, ad quem penitus  
cognoscendum plurimum ipso rerum usu addi-  
scere, multa concoquere, aliqua perperam olim assum-  
ta, deserere rursus necessum haberet: Quo intuitu BAL-  
DUS ad L. 38. de minor. ianum scriptis: Leges in  
Academis deglutiiri, in Foro digeri. Ita vicissim, si  
qnando in negotiis Forensibus aliquamdiu versato ad  
Academiam, pro petendis Honoribus Doctoralibus post-  
liminio redire, necessitas imponitur, non minores diffi-  
cultates se non raro offerunt: Multa ipsi ruminanda,  
que labili memorie exciderant, thesis in Theoria se-  
pius reassumenda, quam in praxi aliter se habere, co-  
gnitum nunc perspectumque habet; Augentur haec diffi-  
cultates, ubi de electione Thematis pro Disputatione  
Inaugurali ipsi deliberandum; Argumentum mere theo-  
reticum ipsi non placet, mere practicum vero instituto  
huic haud convenire videtur. Eadem difficultates,  
ut verum fatear, me aliquamdiu sollicitum tenuerunt,  
ex quo vita mea rationes, a pluribus retro annis Pra-  
xi unice destinatae, & in posterum dicandæ, injunxe-  
runt

A

runt mihi, ut supremos in Utroque Jure Honores ac Insignia Doctoralia in celebri aliqua Germaniae Academia decenter petam. Ab illa tamen sollicitudine, quæ circa electionem Thematis pro Disputatione Inaugurali alios premere solet, liberavit me PATRONI alicujus bonum consilium, ut Actionem Spolii, velut argumentum theoretico praedicum, mihi feligerem, quod ipsum secutus, elaborationi illius illico me accinxi: abhinc Celeberrimam hanc Academiam nuperrime adii, & a MAGNIFICO JCCTORUM ORDINE ad Actum Disputatorium solennem admissus, Dissertationem meam Inauguralem publice ventilandam nunc sisto. TE vero Lector Patrone & Amice! qua par est Observantia rogo, ut quæ ob charte ac temporis, nec non vi-  
giun mearum angustiam & temnitatem deesse senties,  
ea favore & benevolentia Tua supplere. meosque  
conatus æqui bonique consulere velis.  
Vale atque fave.!



DISSE



DISSERTATIONIS INAUGURALIS  
DE  
ACTIONE SPOLII

THESIS I.

**D**E *Actione Spolii* dicturus, haud mihi necessarium esse puto, ut quid, & quotuples Actione sit? quas significaciones alias, a Thematice meo alienas, vocabulum *Spolii* tum apud veteres Autores, tum etiam in Jure Civili habeat, a Lexicographis dudum expositas prolixie hic edisseram. Sufficiet credo, vel verbulo monuisse, quod apud Autores illos, tum & in LL. nostris frequentius equidem rem ipsam, licto vel illicito mo-

A 2 do ab-

do ablatam significet: Cum vero de Actione ex facto illicito oriunda hic sermo sit, ipsum quoque factum illicitum, & quidem in generaliori significatu denotari, quo possessio alterius rerum aut jurium quorumcunque, cum vel sine vi armata, eaque vel cum, vel sine turbatione publicæ quietis intervertitur. Prout secundum generalem hunc significatum sub nomine der Entzehrung in RECESS. IMP. & ORDINAT. CAMERAL. locis infra citandis, venit. Nomen vero *Actionis Spolii* a Jure Can. & Canonistis primitus introductum esse, cum Jus Civile invasionem & dejectionem id appelleat, ex infra dicendis apparebit. Denique & illud mihi premittendum, cum in Jure Civili jam tum remedium recuperandæ possessionis Prætoris Interdicto de vi & vi armata, propositum, a L. Julia de vi publica separetur, & qua in Constit. Imp. de Pace Publica, contra illius violatores, sub severioribus penis statuta, modum & modulum *Actionis Spolii* prout Jure Can. prodita longissime excedant, ac contra Pacifragos non tantum civiliter, sed etiam criminaliter agi possit, me de spolio sine turbatione Pacis publicæ facta, quod simplex alias dicitur, unice hic aetrum esse. Quia vero mensuram dissertationis Academiæ, argumenti mei plenior tractatio vel sic excedit, facturus sum, quod illi, dicente Floro, qui terrarum situs depingunt, & in brevi tabella quasi, aliqualem imaginem illius adumbrabo, ea quidem ratione, ut primo loco quid Jura, quibus Germani in Foris suis utuntur circa Spolium tale seorsim disponant indicem, atque dein quomodo per spiramenta temporum succreverint & ex illorum complexu *Actionis Spolii* sub aucta

aucta & Glossatibus Interpretum extensa fuerit proprius expendam.

*THEISIS II.*

Itaque a Jure Digestorum ut incipiam. Non dubitandum quidem a primo initio Reip. Rom. omnem vim & vindictam privatam quoconque modo inferendam fuisse prohibitam; Cum fine tali sanctione & in transgressores animadversione nulla societas Civilis consistere possit. Quod etiam rationes indicant, quæ prohibitionibus recentioribus in *L. 13. quod metus caus. L. 13. §. 3. de usufruct. L. 176. de Reg. Jur.* subjunctione, he enim naturales sunt & omnibus Rebus publ. convenienti. Pratores vero sequentibus temporibus Edictis suis plenius eo nomine prospexit, vel ideo credo, quoniam in ff. antiquiores prohibitions, quam *Interdictum Prætoris de Vi & Vi armata*, non inveniuntur. De origine & nomine Interdictorum, ac quomodo in Actions extraordinarias transformata fuerint, hic dicere meum non erit. Quod in hoc Interdicto *Vis & Vis armata* una prohibitione comprehensa sint, inde esse, quoniam sub libera Republ. armorum usus privatis haud penitus interdictus fuerit, *Cujacium in operibus posthunis* (quorum copia vero mihi fieri non potuit) eleganter probasse in schedis meis academicis annotavi. De cetero, ex systematis & compendiis ff. noto notius est, *Interdictum* illud ad res mobiles haud pertinuisse, sed earum nomine furti aut bonorum raptorum agendum fuisse; res incorporales quoque illius objectum haud constituisse, nisi quod servitutum personalium nomine iti-

dem conceptum sit, & de singularibus quibusdam servitutibus realibus specialia interdicta proposita fuerint.  
Vid. LAUTERB. Colleg. Theor. Pract. d. t. §. 14, 15.  
ibique alleg.

### THESES III.

Impp. Constitutionibus vero dictum recuperanda possessionis remedium latius, eoque extensem esse, ut ob quamcunque non tantum veræ, sed & quasi possessionis privationem iniquam, sine vi licet factam, locum inveniat, ex L. 5. & L. fin. Cod. unde vi abunde notum, pleniusque apparet si Cod. Theod. ejusque doctissimum interpretem JACOBUM GOTHO-FREDUM sub dict. tit. simul conferamus. Quando autem in dict. L. 5. cautum est, eum ut prædonem plane teneri, qui vel absque violentia absentium vacuam possessionem occupare ausus fuerit. vid. STRUV. Exerc. ad ff. 45. Thes. 109. id ipsum per L. 8. Cod. de omni agro deserto, memorabilem exceptionem patitur, quoad agros Tributarios, hi enim aliaque prædia similibus oneribus obnoxia, si a Dominis deserta & inculta fuerint relicta, non tantum a Peræquatoribus aliis possessoribus addici, sed etiam a reliquis incolis privata autoritate occupari possunt, & si Dominus intra biennium, aut si Peræquator eadem distribuit, intra novem menses non contradixerit, & expensas meliorationum simul restituerit, per possessionem, dominium occupantibus irrevocabiliter acquiritur, idque ob favorem agriculturae ac Tributorum Fisco debitorum. Conf. L. 1. Cod. dict. tit. & L. 7. Cod. de Cens. BRUNN. in Comment. ad Cod. tit. de omni agro desert.

ad

ad dicitur L. STRYCK dissert. de agris desert. cap. 3.  
num. 30.

**THESES IV.**

Non prætereunda mihi & illa extensio, quia  
cum antea jam ex Decreto Marci Antonini, in ff. L.  
extat 13. ff. quod metus caus. relato, creditor rem de-  
bitoris vi occupans, amissione juris sui punitus fuerit,  
in decantata L. si quis in tantam 7. Cod. unde vi, id  
ipsum ad omnes eos productum, qui rem quam suam  
esse, vel sibi deberi contendunt, possessori invito au-  
ferunt, ut, inquam, hi si Domini fuerint, dominium  
rei ablatae, amittant, si non fuerint, una cum re, ejus  
æstimationem quoque vim passo dare teneantur. Cum  
que dicitur L. 7. ex Constit. Imp. Valentiniani, Theod.  
& Arcadii in L. 3. Cod. Theod. unde vi, desumpta sit,  
supra Laudat. JACOB. GOTHOF. equidem ad d. L.  
et. asserit, Tribonianum L. 7. miro flagitio exinde in-  
terpolasse, omnique decoro luceque spoliasse. Ast  
vero a censoria hac nota, quam alibi Tribonianus suo  
merito fert, eum hic absolvendum esse, omnino per-  
suasus sum; quamvis enim priorem Constitutionis illius  
partem, quæ mere historica, plane omiserit, ipsa-  
que sanctio in eos directa fuerit, qui ex bonis proser-  
ptorum, Fisco incorporatis, rem aliquam invaserint  
ac surripuerint, sub obtentu eam suam esse, ut illi  
dominium ejus amitterent, aut si ad eos non perti-  
nuerit, æstimationem ejus Fisco inferre tenerentur  
&c. Cum tamen dicitur L. 7. ex Constit. anteriorum  
Imp. efformata in se satis aqua & plana sit, sufficere  
pro excusando Triboniano omnino potest, quod Im-  
perator ipse & socii in mandatis dederit, liberumque  
reli-

reliquiter anteriorum Principum Constitutiones ut priori, ita & novo Codici denuo inferendas circumducere, resecare, iisdem addere vel detrahere prout consultum visum, *Constit.* *Hæc quæ necessario &c. pr. & Constit.* *Cordi nobis est, §. 3. 4. de novo Codice fac. & de Emend. Cod.* ipseque Justinianus in §. 1. 1. honor. vi rapt. Constitutionem hanc, quam in priori Codice jam suam fecerat, eximiis laudibus extollat. Praxin vero hodiernam d. L. 7. quod attinet, si ex ajentium vel negantium numero eam æstimare velim, utri partium dissentientium accedam, dubius incertusque merito hærerem. Quia tamen integra d. L. 7. dispositio *Ordinationi Camerali de anno 1521. Tit. 32. Wie es in* *Irrung der strittigen Possession und derselben Entzegung halben gehalten werden solle* §. 3. nominatim inserta; Add. *Rec. Imp. de anno 1548. §. 38.* Eaque Juris Romani sanctio, principiis juris Germanici antiqui jam tum convenit, prout SCHILTER *in prax. Forens. Germ. Exerc. XI. §. 13.* e reliquiis illius, pluribus evicit; Ajentium sententia accedere tanto minus dubito, cum is, qui Jus Rom. allegat, nullo Juris Patrii Principio eidem adversante, fundata non omnino intentionem habeat. Ex iisdem haud dubie rationibus pro eadem sententia tot Responfa Celeberrimarum Germaniæ Academiarum, tot judicata Supremorum Imperii Tribunalium tum & Judiciorum in Regionibus Germaniæ conspicuorum publicata sunt. A Responsis Academiarum ut ordiar, primo loco memorandum mihi, notabile Responsum *Illustris Academiæ MARBURGENSIS JCtorum Ordinis d. 27. Aug. 1604.* quod KLOCKIUS *Confil. Tom. IV. Confil.* *Adopt.*

*Adopt. 38. num. 42. exhibet ubi ita conclusum; Dass N.*  
*weilen er sich gelüsten lassen, der Obrigkeit ohversucht,*  
*ohne der Interessenten Wissen und Willen, sich ei-*  
*nens fremden Guthes und dessen Possession anzumas-*  
*sen, und solche clam & vi einzunehmen, sowohl Kais-*  
*serl. als NB. Sächsischen Rechten nach sich aller sei-*  
*nen an gedachtem Guth gehabten Rechteus, und*  
*Gerechtigkeiten, auch darauf ausgezahlter oder ver-*  
*sicherter Summen halber verlustig gemacht und da-*  
*zu ex L. si quis in tantum zu verdammnen seye. rc.*  
*Add. Consilia Marburg. Vol. IV. Consil. 17. ¶ 39. In*  
*eandem sententiam responderunt J. C. GIESENSES*  
*apud HERTIUM Volum. I. Resp. 149. TUBINGENSES*  
*apud KLOCK d. l. Consil. 59. & in Consil. Tub. no-*  
*viss. Tom. V. Consil. 13. JENENSES & FRANCO-*  
*FURTENSES, testantibus MEVIO Part. I. Dec. 95. &*  
*STRYCKIO U. M. tit. quod metus causa §. 9. BERGE-*  
*RO Elec. Discept. Forens. tit. 5. not. 4. ibique sup-*  
*pl. GRYPSWALDENSES apud BERGER d. l. Sum-*  
*ma vero Imperii Tribunalia quod attinet, ut paucis*  
*me expediam, prajudicii nonnulla antiquiora hic alle-*  
*gasse sufficiet. Pertinent eo sententia Judicij CÆSA-*  
*REI Aulici sub Rudolpho II. Imp. publicata quam*  
*exhibit KLOCK. d. Consil. 59. nec non Judicata A U-*  
*GUSTI CAMERÆ IMP. Judicij quo citant LAUTERB.*  
*Colleg. Theoret. pract. tit. de Vi & V. A. & STRYCK U.*  
*M. d. §. 9. ibique relati. De cetero tamen non igno-*  
*ro, quid prajudiciis in universum tribuendum sit, vid.*  
*B. Dn. Aff. de LUDOLPH Syst. Jur. Cameral p. m.*  
*81. 119. 126. 323. 348. seq. tum & quod numero (vix) mi-*  
*nori prajudicia extent d. L. 7. usum practicum omni-*

no omnem denegantia vid. BERGER d. l. & in Reso-  
lut. ad Compend. Lauterb. tit. quod legatorum.

*THEISIS V.*

Jam ad Jus *Canonicum* quod attinet, eodem  
*Actio Spolii* ut nomen ita quoque majora adhuc in-  
crementa accepit; de quibus dicendi latissimus se mihi  
aperiret campus. Quia vero *Illustris Dominus BOEM-*  
*MER* (Doctor quandam meus omni observantia ad a-  
ras usque colendus) in incomparabili suo opere *Juris Eccles.* *Protest.* tit. de restit. spoliat, quid Juri Civili eo-  
dem acceperit, prolix & solide executus est: sufficiet  
ad seriem dicendorum perficiendam, si uberior ibidem  
deducta, in brevem summam redacta hic exhibeam.  
Et primo quidem id egit *Jus Canon.*, ut dum jure Co-  
dicens jam tum recuperanda possessionis remedium ad  
rerum incorporalium quasi possessionem extensum es-  
set idem ad jura Ecclesiastica speciatim applicaret, vid.  
§. 2. d. *Tract.* ibique enumerata exempla. Et licet  
secundo quoad *Jus Civile* rerum mobilium nomine di-  
ctum remedium haud aliter locum inveniat, quam  
quatenus ut accessoria rerum immobilium se habent;  
Contendunt tamen Interpretes per *Can. redintegrand.*  
(de quo mox) Actionem *Spolii* ad easdem simpliciter  
extensam esse, idemque praxi se insinuavit, licet in  
*Canone ipso* nulla mobilium facta sit mentio, & fabri-  
cator illius id tantum egerit, ut interdict. unde vi ad  
easum sibi formatum applicaret, vid. d. §. 2. & 3.  
*Tertio*, quamvis Jure Civili remedium recuperandæ  
possessionis contra tertium possessorem non detur, P.  
*Innocentius III*, tamen in celebri *Cap. Sæpe 18. X. de*  
*restitut.*

restitut. spoliat. noviter constituit: contra eum quoque, qui scienter rem spolio ablatam a spoliatore consecutus est, eidemque in vitium illud quodammodo successit, spoliato per restitutionem possessionis illico succurrentum esse, modo eo tempore quo possessionem a spoliatore consecutus, spolii admissi conscius, sive ab initio statim in mala fide fuerit, cum supervenientis m. f. aut si rei alienae tantum non vero spolii conscius fuerit, id ipsum ad intentandum hoc remedium haud sufficiat. *Quarto*, absolum revera dicendum esset, quod *Innocentius III.* sua aetate adhuc remedium hoc recuperandae possessionis tam angustis finibus incluserit, si quidem tot seculis ante eum *Johannes I.* in famoso *Can. redintegranda 3. Caus. 3. quest. 1.* id ipsum cuicunque spoliato, contra quemcunque spoliantem non tantum, sed etiam quemlibet tertium bonae etiam fidei possessorem concederit. Verum enimvero dubium hoc eo ipso evanescere, dum post *Centuriatores Magdeburgenses David Blondellus* in suo *Pseudo Isidoro & Turriano* vapulante ad liquidum perduxerit, dictum *Canon. redintegranda*, una cum aliis Epistolis Decretalibus quae prioribus Episcopis Romanis in *Decreto* tribuantur, haud genuinum esse. Cui accedit, quod etiam ex verbis *d. Can.* prout jacent extensiones illæ vel fiducialis adhibitis elici nequeant. Ut cunque *Glossæ & interpretationes DD.* hæc talia eidem tribuentes, in *Pratin Germaniae* (de qua infra) plurimis in locis irreperirint.

*THEISIS VI.*

*Ad Leges Germaniae nunc deferor, & quid iis constitutum*

B 2

sup

stitutum proprius ut expendam. Quo altiores nimis radices in animis hominum inde a seculis anteriores egerat vindictæ privata licentia, confer. **HERRITIUS de Superiorit.** Territ. §. 31. ibique citatus **DATT.** de P. P. tanto majori sollicitudine mansuetiore atate, id egerunt **Imp. & Status Imperii**, ut malum hoc funditus eradicarent. Quem finem cum anteriores Constitutiones haud obtinuerint; Laudatissimus **Imp. MAXIMILIUS I.** demum asecutus est, promulgata in Comitiis Wormatiensibus anno 1495. Cum consensu Statuum saluberrima *constitutione de Pace Publica* qua omnem promiscuæ vim licentiaæ, omneque bellorum civilium genus, alle Fehde und Befehdungen, gravissimis poenis transgressoribus praestitutis, prohibuit; Media quoque ad Constitutionem illam sartam tectam servandam idonea, ordinationem nimirum Circulorum & erectionem **CAMERA IMP.** ut turbatoribus & invasoribus tanto promptius & validius obviam ieretur, eidem circumposuit. Repetita eadem Constitutio & confirmata, in sequentibus *Recessibus Imperii, Ordinationibus Cameralibus* aliisque publicis *Imperii LL.* vid. **Handhabung des Landfriedens** eodem anno promulgata, **Landfriede de anno 1500 & 1521.** **Erklärung des Landfriedens de anno 1522.** **Landfrieden de anno 1548.** **Ordinatio Crim. Artic.** 128. 129. **Rec. Imp. anno 1555. §. 33. & 104. Recess. Imp. anno 1557. §. 69. seqq. anno 1559. §. 19. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 9. C. O. C. p. 2. tit. 10 &c.** Isdem LL. Imperii pauciora equidem de vi, quæ sine turbatione Republicæ committitur, sancta inveniuntur, eandem tamen non minus detestantur, eidemque reprimenda, ea motu nisi

quæ

qua Jus Rom. & Can. hactenus statuerunt, in quantum statui nostræ Reipubl. conveniunt, sufficere crederunt, conf. Koch. ad Ordin. Cam. part. 2.  
tit. 8. §. 1.

*THESES VII.*

Inata exinde divisio Spolii in simplex & qualificatum, in ipsis Imperii LL. obvia. Sic in Recess. Imp. de anno 1548. §. 38. legitur: Nachdem sich auch der gemeinen schlechten Spolien und Entsetzung halben, so nicht mit gewaltthätiger That; aber doch wieder Recht beschehen, welche unsern Kaiserlichen Landfrieden und desselben Straf und Poen nicht unterworfen, allerley Irrungen im Reich künftiglich zutragen mögen, und aber zu Erhaltung beständigen Friedens auch gleichmässigen Rechtens vominöthen seyn will, den Entsetzten dessfalls förderlich zu Restitution des Ihrigen zu verhelffen, so haben Thür-Fürsten, Fürsten und Fürsten-mäsig, aus billigem Mitleiden, so mit denen Entsetzten getragen werden soll, sich ihrer Aussträge in den alten Cammer-Gerichts- und Reichs-Ordnung begriffen etlicher mäsen begeben und in diesen Fällen gemeine schlechte Spolien, und Entsetzungen betreffend, so dem Landfrieden und desselben Poen nicht unterworfen seyn ein ziemlich förderlichen Austrag, Uns zu unterthänigsten Gefallen auf diesen Reichs-Lag bewilligt ic. In C. O C. part. 2. Tit. 8. von Entsetzung die nicht Landfriedbrüchig & Tit. X. von U-Verfahrung des Kaiserlichen Landfrieden distinctum quoque agitur ac modus procedendi utrobique diversus prescribitur.

B 3

THE-

*THESES VIII.*

Ut supra Spolium *in genere*, ita nunc in specie *simplici* Spolium describo, quod sit *actus illicitus quo possesso aliena, rei aut juris cuiuscunque, quocunque modo, citra tamen Pacifragii crimen, intervertitur.* Paulo aliter BLUMIUS Process. Camer. tit. 27. num. 151. prolixius vero DECKHERR. in Vind. n. 151. rem efferunt. Ipsam vero Actionem Spolii quatenus eo pertinet, secundum verba & mentem LL. hactenus enumeratarum, Juris Canonici in primis, describo, quod sit *Actionem possessoria, competens ei, qui de possessione vel quasi rei aut juris cuiuscunque, quacunque ratione, sine pacifragio tamen, dejectus, tum & contra tertium possessorem tempore dejectionis Spolii concium, ad possessionem cum omni causa & interesse, illico restituendam.* Quod si vero ex Interpretatione Gloss. & Interpretum Can. redintegr. natura hujus actionis, ubi usus Fori accedit, dimetienda, substituendum omnino, dari eam contra quencunque possessorem tam bonae quam male fidei, sive que non personalibus, sed realibus actionibus tanto magis assimilabitur. Ex quibus omnibus simul apparet, Actionem hanc prout a Jure Canonico informata, ab interdict. unde Vi, in eo potissimum differre, quod hoc ultimum nulla ratione contra tertium possessorem detur: cui accedit, quod cum Interdictum illud contra personas quibus reverentia debetur non detur. LAUTERB. Colleg. d.l. §. 13. Actionem Spolii tamen, contra eosdem dari defendat LEYSER Medit. ad ff. specim. 105. n. 6. De cetero cum Remedia recuperandæ possessionis intententur, vel per modum *actionis*, vel per modum *exceptionis*. Per modum *Actionis inten-*

intentata, in **CAMERA IMPERIALI**, Actio nostra vel per viam Citationis, vel per viam Mandati, seu præcepti poenalis introducitur, B. Dn. de **LUDOLPH.** *Syphor. Consult. For. Tom. I. Consult. 4. pag. 94.* utrobique vero causa ipsa, ut qualibet possessionem attinens summaria est. Vid. Clem. sape X. de V. S. ibique **DD.**

**THEISIS IX.**

Ex eo vero quod summaria sit hæc actio, subnata Practicorum quorundam sententia, ac si Interdictum unde vi, & Actio Spolii ad processum possessorum summariissimum pertineat; Eandem tamen plane erroneam esse, cum **LAUTERB.** tit. uti possid. §. 6. & **BERGERO** in *Resolut. LL. obstant. d. tit. quest. 2.* solide evicit Dn. **LEYSER** d. spec. medit. 4. Cum divisio possessorii Judicii, in summarium & summariissimum ad remedia retinenda possessionis unice pertineat, Nostra vero actio ad ea, quæ recuperandam possessionem attinent, haud dubie spectet; unde & reliqua differentiae sua sponte profluunt. Fieri tamen posse, ut quæstio Spolii causæ possessorii summariissimi admisceatur, idem **LEYSERUS** medit. V. probe observavit. Qua occasione & illud addo, calum spolii simplicis, nec ad titulum de litigiosa possessione, nec zur Pfandungs-Constitution pertinere, B. Dn. de **LUDOLPH.** *System. jur. Cameral. p. m. 69. & 95.*

**THEISIS X.**

Competit ergo *Actione Spolii simplicis* cuicunque *Spoliato*, sive armis similiisque vi, pacem publicam tamen non

non turbante dejectus sit, sive sine illis, sub prætextu iuri, errore, quin & culpa alia, Dn. BOEHMER d. l. §. 3. Itemque, qui sub specie processus, sed inordinati & turbulenti, autoritate publica dejectus. MEVIUS part. 8. Dec. 386. BRUNN. Cent. 3. Dec. 8. POSTHUS Decis. 386. Dn. de LUDOLPH. d. Symphor. part. I. Consult. I. pag. 94. tum & eis, quibus usuræ (vel fructus KLOCK Relat. 44. n. 27.) hactenus solutæ, pendente lite denegantur, MEVIUS p. 2. Decis. 298. GAIL. 2. observ. 75. et si vel semel tantum solutio earum antea facta fuerit, BRUNN. ad L. I. de aqua & aqua pluv. num. 5. Locum inventit, etiam si mala fide, quin & intuitu dejicientis vitiōse dejectus antea possederit, LAUTERB. d. tit. unde vi §. 9. Quin & in personam quodammodo committi potest LEYSER Specim. 504. medit. 5. Unde simul liquebit, quid de illo casu dicendum sit, quando casus spoliavit Titium, hic iterum Cajum, sed ex intervallo, quid si Cajus denuo Titium spoliaverit, num Interdictum tum & actio hæc locum inveniant? de quo vid. CONSIL. MARBURG. Volum. 3. Consil. 9. num. 16. Competit etiam hereditibus spoliati L. I. §. 44. unde vi. LEYSER d. L. medit. 7. Tum & cessionariis B. Dn. de LUDOPH. d. l. Consult. 45. pag. 1389. nec eam impedit renunciatio domini, IDEM d. l. pag. 1394. Qui hic dissentunt, abutuntur L. I. §. 9. & 23. d. tit. quippe quæ loquitur de actionis constitutione, hæc vero a transitione actionis jam constituta magnopere differt: interdictum unde vi non competit, nisi ei qui tunc, cum dejiceretur possidebat d. §. 23. ast quo minus jam constituta actio deinceps in heredem transeat nullum exinde obstaculum nascitur vid. §. 44. dict. Leg.

Leg. I. add. Dn. de LUDOLPH. *Sympb. part. 2. Fascic.*  
19. num. 1. ubi memorabile præjudicium Camerale suc-  
cessore attinens d. an. 1714. Utrum vero colono quo-  
que & aliis, qui tantum detinent non possident, hæc  
actio detur? haud æque expeditum est: negat idipsum  
STRUV. *Exercit. 45. §. 103. per L. 12. 18. Unde vi-*  
*ni si dominus absens fuerit, aliud tamen in praxi obtine-*  
*re affirmat BRUNN. ad L. 27. ff. de donat. num. 14.*  
tentabo in conflictu ipso, an non distinctione aliqua  
dissensus ille conciliari possit.

*THESES XI.*

Cum vero actio hæc effectum suum sortiri ne-  
queat, nisi sufficiente probatione munita fuerit, dispi-  
ciendum mihi credo, priusquam ad alia pergam, quid-  
nam in eadem probandum veniat? & cui probatio hæc  
incumbat. Prius quod attinet, duo omnino sunt,  
qua in hoc Judicio privilegiato probanda sunt, (1)  
actorem fuisse in possessione vel quasi rei seu juris illius  
unde se dejectum esse conqueritur (2) se a Reo, aut  
quorum factum ipse causavit & ratihabuit dejectum  
esse, argum. §. 6. I. de interdict. O. Cam. p. 2. tit. 8.  
junct. tit. 55. part. 2. qui in C. O. C. est Tit. 64.  
POSTHIVS de manut. *Decis. 428, 436. 461. 586. Me-*  
*vius part. 2. Dec. 159.* Qui ergo probatione sua rite  
defunctus aut reprobando alterius probationem elisit,  
victoriam juste sperat. Ad modum probandi & illud  
pertinet, quod probata possessione antiquiore, junior  
vitiosa præsumatur & turbativa HERTIUS *Volum. I.*  
§. 336. num. 14. & 27. Add. ROSENTHAL *de feudis*  
*cap. 7. conclus. 48. num. 3. in Gloss. Lit. C. MYNSING.*

C

C. 6.

*C. 6. observ. 3.* ubi testatur, in Camera Imperii s̄epe pro actore judicatum esse, licet non de violenta dejectione, sed tantum de priori Actoris & recentiori possessione Rei constiterit. Ille vero qui contra J. P. Westphal, in causa Religionem directo, vel per indirectum attinente se gravatum dicit, non possessionem in genere, sed quod eam in anno & termino Decretorio quiete exercuerit, probare tenetur, Dn. BOEHMER *Consil. Tom. 1. part. I. Consil. 7. num. 21. 23. & 24.*

*THESES XII.*

Quoad alteram quæstionem cuinam probatio incumbat, duæ illæ viæ per quarum alterutram actione hac instituta restitutio possessionis ablatae obtineri potest, (de quibus *Thes. præc.* dixi) seorsim hic considerandæ. Quodsi enim per viam Mandati & præcepti pœnalis restitutionem spoliatus petierit, pleniore aliqua probatione juris sui Actor haud opus habet, sed tantum injuria sibi illatae aliquali demonstratione, obtento vero Mandato, causalium probatio, sicut in omnibus Mandatis C. C in Reum excipientem devolvitur, per textum expressum in *Rec. Imp. de an. 1594.* §. 8. ejusque repetitionem in *Rec. Imp. noviss. §. 80.* verbis : *Summarischer Ausführung seines Rechts sub præjudicio zu übergeben &c.* SWANEMANN. *Observ. Cam. 11<sup>2</sup>. BLUM Process. Cam. Tit. 34. num. 61.* Cujus rei non aliam rationem magis esse, quam quod omnia mandata C. C non aliter decernantur, quam si Actor præsumptionem pro se habeat cum SWANEMANN. *Process. Camer. Lib. 2. Cap. 15. num. 15. FRIDER. Mind. de Mandat. L. 2. c. 7. §. 5.* docet

docet B. Dn. de LUDOLPH. *Sympbor. d. I.* Posse tamem Actorem si velit, plena probatione defungi & aliunde notum, & præjudicium *ibidem* adductum confirmat. Ubi vero per viam Citationis actionem suam instituit, onus probandi haud dubie penes ipsum manet d. LL.

### THEISIS XIII.

Tenet hæc actio primo loco ipsum illum qui dejicit & spoliavit etiamsi spolium non amplius possideat, LEYSER *Specim. 504. Medit. 6.* Idemque etiam de Ecclesia spoliante recte affirmavit MEVIUS *part. 7. Dec. 299.* Quamvis enim ob favorem Ecclesia nonnulli dissentiant, alii vero cum Menochio inter restitutio- nem, & poenam Spolii distinguant, validior tamen est rati- o a Mevio adducta, quod Ecclesia in quantum spe- ciali privilegio haud munita jure communi utatur. Idem de universitate alia ejusque singulis membris, in quantum in spoliationem consensere dicendum. Dn. de WERNHER *obser. For. vol. 6. part. 10. Obser. 27.* Hi tamen, qui jubente Magistratu alterum dejecerunt, pro spoliatoribus non habentur, nisi jussum Magistra- tus fallis precibus obtinuerint LEYSER *d. l. med. 6. & 9. add. Staats-Cangley Tom. 10. pag. 204.* Fundata quoque hæc actio contra socium & condominum, qui in re communi alterum compositione privavit. BOEHMER. *Consil. Tom. I. part. I. Consil. 165. n. 3.* Idem dicendum de eo, qui rem venditam propria au- toritate sine consensu venditoris oceupat Dn. de WERN- HER *Volum. 3 part. 4. obser. For. 250. LEYSER. Specim. 207. Medit. 2.* etiamsi antea in instrumento  
spolii

emtionis occupatio rei vendita ipsi permissa fuerit,  
 Idem *Medit.* 3. aut si absente venditore id fecerit, eumque  
 redeuntem ea excluderit, adeo ut nec judicis au-  
 toritas sine cause cognitione interposita, eum juvet  
*Medit.* 4. s. d. l. Ejusdem violentiae reus est, qui adi-  
 ficium, ab alio in proprio solo extructum, privata  
 autoritate dejicit, et si contra novi operis nunciatio-  
 nem & inhibitionem extructum fuerit. *Dn. de WERN-*  
*HER Vol. 6. part. 9. observ. 29.* Uno verbo quicunque  
 possessionem non vacuam, & ab alio quæsitam, pri-  
 vata autoritate occupavit *GAIL. 2. observ. 7. num. 1.*  
*seq. BERLICH p. 1. Conclus. 30. num. 39.* Spoliator  
 quoque est, qui spolium ab aliis commissum ita ratum  
 habet, ut non verbis tantum illud apparet, sed lu-  
 crum plane inde capteret, *LEYSER Spec. 504. medit.*  
*82. 13. JCti MARBURG. Vol. 2. Consil. 10. num. 117.*

#### THESES XIV.

An vero contra tertium possessorem, qui tem-  
 pore dejectionis spolii haud conscientius fuit, & ex justo  
 titulo bonaque fide rem possidet Actio hæc conceden-  
 da sit, Praxin non uniformem esse tum & causam at-  
 que originem dissimilitatis illius, jam supra observa-  
 vi. Affirmativam tamen sententiam, ab interpreta-  
 tione *Canonis redintegr.* extensiva oriundam frequen-  
 tiorem ac fere communem esse, dubitare me non si-  
 nunt præjudicia quæ *ZIEGLER in Comment. ad d. Can.*  
*tum & KLOCK Volum. 2. Consil. 29. num. 134. seq.*  
*MYNSINGER Cent. 3. Observ. 75.* ubi hanc senten-  
 tiam magis communem esse dicit, simulque refert  
 secundum illam in Judiciis sæpen numero suaque ætate  
 aliquot

aliquot vicibus in Camera Imperiali ita judicatum esse)  
JCTi TUBINGENSES Volum. 3. Consil. noviss. 222. &  
vix numerandi alii produxerunt. In illis tamen Germaniae Regionibus in quibus secundum verba & sententiam LL. non attentis Dd. opinionibus & extensionibus Judices judicare jubentur (sicut in Electoratu Brunswigo Luneburgico per Consil. Regiam de anno 1718. factum) aliud facilius obtinet. Indeque haud dubie est, quod in *Frisia* negativa in Praxi obseretur, prout duobus praedictis confirmat ZIEGLER d. Comment. pag. m. 104. In quibus judiciis adeo rationes illæ quas contra extensivam *dicti Can.* interpretationem Dn. BOEHMER d. l. §. 12. urget, robur suum tanto magis obtinebunt.

**THESES XV.**

Jam ad quid hæc Actio comparata sit, dum mihi disquirendum restat: supra jam monui, eandem, ut in Praxi obtinet omnia illa complexu suo fere continere, quæ Jura superius enumerata, (de specialibus enim Statutis hic seorsim agere non licet) ambitu suo comprehendunt, in quantum scil. statui Reipubl. Germ. convenient, utcunque **MENOCHIUS** septem specialia recuperandæ possessionis remedia ex iisdem efformaverit. Conveniunt autem praefata Jura, ipsa naturali æquitate suffragante, primo in regula hac generali, *spoliatum ante omnia restituendum esse*, sive ut LL. Romanæ efferunt, *illoco & sine dilatione, protinus, celeri redhibitione*. Conf. JACOB. GOTHOFRID. in partit. ad L. 4. C. Theod. unde *Vi* Indeque ipsum hoc recuperandæ possessionis remedium *Interditum momentariae*

tariæ possessionis, momentum, momenti actio, quæ nulla dilatione suspenditur. Momentaria possesso ubi juris suffragium in celeri reformatione consistit, in utroque Codice dicitur, vid. Tit. Cod. Si de momenti poss. & GOTHOFRED. d. l. nec non ad L. 8. Cod. Thod. de Jusdict. Quid vero prefata LL. verba, ad obtinendam celerrimam restitutionem involvant, Dd. infinitis fere ampliationibus explicarunt, quarum præcipua sunt: plene atque integre id faciendum, cuin omni causa, fructibus perceptis & percipiendis, damno & interesse usque ad ultimum obulum: ita ut ante ejusmodi plenariam restitutionem spoliatus de proprietate vel prætenso jure, aut in causa principali respondere nullo modo teneatur, nec dominii exceptio ipsi opponi possit, vel admittenda, nec colorare suum spolium spoliatori concedendum sit, nisi id ipsum prius purgatum fuerit, &c. vid. præter innumeras alias autoritates, CONSIL. MARBURG. Volum. 3. Consil. 9. 20. 21. 22. CONSIL. TUBING. noviss. Volum. 3. Consil. 83. A qua celeri restitutione ipsem per depositionem Judicialem se liberare nequit, BOEHMER Vol. I. part. I. Consil. 165. nec eadem ab arbitrio JUDICIS dependet. Idem Consil. 172. num. 21. Sed in ea causa, forma accessione & qualitate restitutio facienda, in qua fuisset, quod restitui oportet, si spolium commissum non fuisset, ZIEGLER ad Can. redimiegr. Cap. 8. §. 1. BOEHMER d. l. consil. 166. Ipsam quoque spoliis restitutionem spoliante a poena in Decreto D. Marci statuta non liberare defendit LEYSER Spec. 507. Meditat. 7. De reliquo tamen sententia super spoliis reparatione lata, vim rei judicata respectu petitorii obti-

obtinere non potest, & illi v. gr. in petitorio non nocet qui usuras solvit, etiam si per multum tempus id fecerit Dn. de LUDOLPH. *Syphor. part. 3. Consult.* 25. pag. 810. *STRUV. Exerc. 27. Thef. 48.* An & quando in causa spolii simplicis Mandata S. C. decernantur, apud Dn. de LUDOLPH *Syphor. p. 3. pag. 152.* & *MEVIUM p. I. D. 44. p. 2. D. 45. p. 3. D. 249.* videre licet. De reliquo actiouem spolii famosam non esse ex *L. 13. ff. de vi & vi armata notum, jung. LEYSER spec. 505. med. 2.*

*THEISIS XVI.*

Quemadmodum vero nulla in universo Jure regula, quæ suum non aliquando perdat officium vid *L. 1. de R. I. ibique Jacob Gothofr.* Ita & illæ, quæ celerrimam & ante omnia faciendam spolii restitutionem injungunt, suas patiuntur exceptiones, quas cum Dd. in tantum adauxerint, ut *GABRIEL Lib. 5. de restit. spoliat. Conclus. 1.* vel sexaginta earum enumeret, illas inter complures esse, quæ juri adversæ, aut sub aliis jam continentur, vel sola inspectio docet. Præcipuas interim (quales sunt quas *BOEHMER d. l. §. 1. recenset*) & Juri nostro consentaneas, ut hic expendam, instituti ratio exigit. Prima & primaria jure merito censenda, si de dominio spoliantis, spoliatum vero nullum plane jus habere aut plane prædonem esse, ex adversarii confessione, re judicata vel simili ratione manifestissime constet. In iis enim, quæ usque adeo notoria sunt, ordo Juris non servatur *Cap. 7. & fin. X. de cohabit. Cleric. cap. 9. X. de accusat.* & quando cauia proprietatis ita manifesta est, in possessionem, quippe quod non raro velum injustitia, solicite non inquirendum arg. *Cap. 6. X. de Caus. poss. & propriet.* præsertim cum spoliatus præter possessionem nihil plane juris habuerit, Reus vero insu-

insuper fortissimo & evidentissimo dominii jure nitatur, quo casu petitorum absorbere possessorum, aequitatis manifesta est, MEVIUS part. 6. Decis. 100. HERTIUS de ord. car. in jud. tract. §. 19. Et hoc vel maxime casu, do-lo faciat, qui petit quod mox redditurus est L. 173. §. 3. de R. 1. Et secundum hanc limitationem ab Augusto CAME-RAE IMP. Judicio in causa B. von Stein contra W. Bölc-ter von Greyburg judicatum esse Collector. Decis. Cam. Symphor. Gylmann. subjunct. Confirmat, add. MEICHES-NER. Dec. Camer. Tom. 3. Dec. 13. num. 53. KLOCK Tom. 1. Consil. 29. num. 95. 156. 157. mitto plurimos alias Dd. qui eandem sententiam statuminarunt, & ab objectioni-bus dissentientium liberarunt.

## THESES XVII.

Ateram limitationem constituit exceptio, quod Actor primus Reum spoliaverit, quam propterea exceptionem contrariai Spolii, ad differentiam actionis spolii per modum exceptionis proposita Practici non inconcine vocant, quæque adeo non aliter locum invenit, quam si spolium ex parte Actoris præcesserit, MEVIUS p. 8. Dec. 338. Coch Prax. Foren. Germ. part. 3. pag. 355. Tertia limitatio est, si Actor possessorum cum petitorio cumulaverit, conf. HERT d. l. §. 13. Quartam constituit exceptio defcientis possessionis, sive tempore dejectionis prætensiæ rem plane non possederit nec detinuerit, sic enim deficit primarium intentionis fundamentum cuius probationem ipsi incumbere supra vidimus, sive ad posseßionem illius inhabilis fuerit, (vid. tamen Dn. BOEHMER d. l. n. 5.) eidemve Jus commune resistat STUCK L. 1. Con-sil. 27. num. 588. Sive culpa & facto proprio posseßione exciderit, Staats-Cangley Tom. 29. pag. 434. ibique alleg.

alleg. BOEHMER Vol. I. part. I. Consil. 63. num. 5. Quintam, Exceptio privatæ defensionis in jure permissa, vina enim vi repellere, & invasorem in continentis rursus dejicere licet L. 12. §. 1. ff. quod nietus Caus. Cap. 12. X. de restit. spoliat., conf. STRUV. tract. de Vindict. privat. BOEHMER Tomi. 2. part. 2. Consil. 53. num. 31. Sextam limitationem efficit exceptio privatæ occupationis de jure licita, v. gr. in casu L. 8. C. de omni agro deserto supra exposito, alios suppeditat STRUV. d.l. c. 14. & pass. Septimam exceptio damni irreparabilis, v. gr. ob periculum dissipationis bonorum, BOEHMER Vol. I. part. I. Resp. 165. n. 3. aut si uxor quæ a marito divertit, infidias vitae aliamve savitiam juste metuat, Idem Jur. Eccles. d.l. num. 9. Octavam exceptio boni publici, vid. LEYSER Specim. 504. medit. II. Staats-Cantzley part. 26. pag. 145. ibique alleg. Hic accedit Nona exceptio consanguinitatis uxori quæ a marito discessit competens, modo in continentis probari possit, Cap. 10. & 13. X. de restit. spoliat. de qua Dn. BOEHMER d. §. 5. num. 3. Addo Decimam, calus attinentem, in quibus restitutio quidem facienda, sed non protinus & ante omnia, ut si dejectus quis sit, sed sine ulla violentia, GONZALEZ ad cap. 15. X. ac Foro competente num. 10. HERTIUS Volum. I. Resp. 176. num. 5. Nec non si causa spolii dubia sit, MEVIUS part. 7. Decis. 159. Item, si sine violentia actuali seu formalii, quasi possessione iurium aliarumque rerum incorporalium quis privatus fuerit, L. ult. C. unde vi, ibique Gloss. cum Cujac. & Davello HERTIUS, d.l. num. 6.

*THEISIS XVIII.*

Ultimo loco de Competentia Fori (de qua in Relationibus Causarum prima semper est qualatio) in Actione Spolii

D  
ne Spolii

ne Spolii; resolutioni illius nonnulla adhuc subjungere lubet. Jus Justinianeum in *L. un. C. ubi de possess. rem omnem*, ita jam determinavit, ut non tantum in Foro Domicili, sed etiam Rei sitæ, institui, Judexque loci ubi vis facta adiri possit, STRUV. *Exerc. IX. Thes. 35. & 50.* LAUTERB. *Colleg. tit. de judiciis §. 46. & 53.* HAHN *dict. tit. num. 16.* KLOCK *Tom. I. Relat. 10. num. 188. seqq.* HERM. de VULTEJUS (Procancellarius quondam hujus Academiae) in *Comment. ad d. L. Un.* Appellatio vero in hujusmodi remedio recuperanda possessionis, eodem jure Civili locum quidem non invenit, *L. Un. Cod. si de moment. possess.* Jure autem Canonico in hac & reliquis causis possessorum ordinarium attinentibus Appellatio permissa, *Cap. 10. & 13. X. de rebus spoliatis. Clem. Un. de Caus. poss. & propriet.* Quod ipsum Praxis sequitur, ubi per Statuta Regionum Germanicarum non introductum. vid. BOEHMER *Jur. Eccles. tit. de Appellat. §. 25.* Ad Suprema Imperii Tribunalia certe, tam per viam Appellationis, quam per viam simplicis querelæ, hujusmodi causa deferuntur, ac in iisdem Procellibus decernuntur, modo suprema haec Fora de reliquo fundata, & Appellationi alia ratione via non præclusa, aut eadem non recepta fuerit (qua duo quomodo differant declaravit Dn. de LUDOLPH *part. I. Observ. For. 74.*) Illud vero causa spolii simplicis singulare habet, quod cum ad causas, in quibus Jurisdictio Superiorum Imperii Tribunalium in prima instantia, cum exclusione Austregarum, in LL. Publicis fundata, Violatio Pacis Publicæ & Profanæ & Religiosæ, primum locum obtineat, *C. O. C. part. 2. tit. 10. &c.* Causa tamen spolii simplicis (præsuppositis presupponendis) ad Forum Austregale in prima instantia, iisdem LL. remissa sit,

fit, per Receff. Imp. d. an. 1548. §. 38. (cujus verba supra recitavi) Ordinat. Camer. de an. 1555. part. 2. Tit. 8. C. O. C. part. 2. Tit. 8. Dn. de LUDOLPH, locis infra cit. Modo causa revera subsit, in quo Judicio Austregali locus, hinc cum in casu, ubi Prælatus mediatus, Comitem Imperii Immediatum ex capite spolii simplicis convenerat, exceptio Austregarum a Reo opposita fuerat eadem merito rejecta fuit apud Dn. de LUDOLPH. *Sæpe cit. Conf. IV. Part. I. Symphor.* Ipsum quoque Austregale Forum spatiis admodum angustis inclusum C. O. C. d. l. Dn. de LUDOLPH. *System. Jur. Camer.* pag. m. 43. & passim, ubi & alias quæstiones hue pertinentes proponit. A quo vero tempore Fatalia Austregalis Judicij d. LL. præfinita, computanda sint, disquirit STRYCK. *Diss. de Process. Austreg.* §. 28. & 29.

## THÈSIS XIX.

Restaret & illud adhuc, ut, quia supra thesi VIII. præmonui, remedium recuperandæ possessionis non tantum per modum Actionis, sed & per modum *Exceptionis* introduci posse. De hac Exceptione (quæ ab illa quam supra *Exceptionem contrarii spolii* dixi, oppido diversa) seorsim adhuc agerem. Quia vero Dn. BOEHMER sapius citato loco §. 14. eq. largiori manu id jam executus est, pedem hic figo. Plane & illud non deduco ulterius, quod in hac Exceptione spolii petitum aliter formandum sit, quam in Actione Spolii quod cum antea HARTMANN. PISTOR. p. 4. quest. 18. num. 18. CARPOV. P. I. C. 6. D. 7. & in Processu Tit. 9. art. 9. num. 30. jam observassent, Idem ille d. l. §. 12. pluribus deduxit. Quoad duracionem & actionis & exceptionis spolii, ad Dd. citatos itidem me refero.

F I N I S.

COR.



## COROLLARIA.

I.

*Judex* debet *judicare secundum allegata & probata.*  
*non autem secundum propriam conscientiam.*

II.

*Solutione vel cessione sortis tamen non statim usuræ censentur remissæ.*

III.

*Obst. L. 27. ff. de Re jud. L. 28. C. de Usur.*  
*& L. 26. §. 1. de Condict. indeb. nihilominus usuræ usurarum sepius exigendæ sunt.*

IV.

*Omnia bona etiam constante matrimonio quæsta regulariter mariti esse presumuntur & censentur.*

V.

*Successor Fidelis æque ac allodialis debita antecessoris solvere tenetur.*

VI.


*Ubi de corpore delicti non constat, ob solam confessionem nemo ad mortem condemnari debet.*

VII.

*Permittenda quandoque sunt mala, ut eveniant bona.*

VIII.

*Malum minus eligendum de duobus malis, inde quis ad eligendum minus malum suadere, consulere & inducere alium potest ad avertendum majus malum.*







**ULB Halle**  
007 769 113

3



1018



**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches  
Centimetres



DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE 9.35. num. 14.

**ACTIONE SPOLII,**  
QUAM  
DEO ADJUVANTE

1740.5.

SUB AUSPICIIS CLEMENTISSIMIS  
RECTORIS  
PRINCIPIS AC DOMINI,

*J. 43*  
**DN. F R I D E R I C I ,**  
HASSIÆ LANDGRAVII, PRINCIPIS  
HERSFELDIAE, COMITIS CATTIMELIBOCI,  
ET RELIQUA,

IN ACADEMIA MARBURGENSI  
**PRO GRADU DOCTORATUS**  
SUMMISQUE IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS RITE OBTINENDIS

*J. 43*  
**MAGNIFICI ET AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS**  
CONSENSU EXCELLENTISSIMORUM DN. PROCRUM  
EXAMINI PUBLICO

AD DIEM XIX. DECEMB. MDCCXL.  
SUBMITTET

**ERNEST. CAROLUS CHRIST. FISCHERUS,**  
WEILBURGI NATUS.

MARBURGI CATTORUM,  
TYPIS PHIL. CASIM. MULLER, Acad. TYPOGR.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE